

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Historia Zaringo Badensis**


**Schöpflin, Johann Daniel**

**Carolsruhae, 1765**

CVIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

Torto. Nobilis. B. de Ellhibach. W. de Stophen. B. de Horn-  
 berc B. de Reppenbach. H. de Valchenstein. R, de Offemmen-  
 ningen. W. de Merdigen. Milites. H. Vazzarius. H. Sporlinus &  
 filius ejus. C. Snewelinus. L. de Muncingen. F. Monetarius. So-  
 man. H. Villicus de Herdern. B. de Lidringen. Ceningere. &  
 alii quam plures. Acta sunt hec. Anno ab incarnatione Domi-  
 ni M. C. C. XXXIII. in Castro Friburc. Regnante Domino nostro  
 Jesu Christo.



CVIII.

LITERAE GREGORII PP. IX. AD PRINCIPES  
 IMPERII DE SUSCIPIENDA IN TERRAM SANCTAM  
 SACRA EXPEDITIONE.

ANNO MCCXXXV.

*Ex registro literarum authentico Gregorii PP. IX. anni VIII. epist. 333. Romae.*

**G**REGORIUS Episcopus servus servorum Dei.  
 Dilecto filio Nobili Viro - - - Duci Auftrie, & Stirie  
 salutem & Apostolicam benedictionem.

Cum Mater Ecclesia multis excitetur Terre Sancte clamoribus,  
 ut ejus miserando statui succursum celerem studeat impertiri, cui pre-  
 standi subsidium oportunitas tollitur, nisi prius discordes in pacis foede-

ra refoventur, & cariffimus in Chrifto filius nofter Fridericus Romanorum Imperator &c. paratus fit magnifice profequi per quod tam Ecclefie, quam Imperii jura favente Domino valeant obtineri. Nobilitatem tuam rogamus, & obsecramus in Domino Jefu Chrifto in remiffionem tibi peccaminum injungentes quatenus prudenter advertens quam fit tibi honorabile, quam falubre, fi Cœli Regem pro temporali devotionis obfequio tibi constitutas ad dandum felicitatis bravium obligatum, ad fubventionem Ecclefie te ftudeas communire, ita, quod Ecclefia proximo futuro Martio te perfonaliter decenti militia comitatum, que in expenfis tuis per tres Menses preter tempus, quo veniet, & recedet, ad ejusdem obfequia commoretur, vel faltem jamdictam militiam, fi venire nequiveris cum exultatione recipiat, ac tuis, & aliorum expedita fubidiis ad Redemptoris gloriam in pacis gaudio reflorefcat, ficque fiat, quod ex hoc tibi a Sede Apoftolica plenitudo favoris & gratie, ac tandem proveniat retributionis premium fempiternæ.

Datum Perufii V. Kalendas Decembris Pontificatus noſtri Anno Octavo.

In eundem modum

Duci Karinthie.

Item Comiti Palatino Reni, & Duci Bowarie.

Item Langravio Thuringie, & Palatino Comiti Saxonie.

Item Marchioni Misnenfi, & Landespergenfi.

Item Marchionibus Brandenburgensibus ut alter eorum veniat.

---

---

Item Duci Saxonie.

Item Palatino Comiti Tuingen.

Item Comiti Afcanie quod veniat, vel mittat filium suum.

Item Duci Lotharingie.

Item MARCHIONI DE BADEN.

Item Duci de Lemburch.

Item Juniori Duci Brabantie.

Item Comiti Hollandie.

Item Comiti Seinenfi.

Item Comiti de Gelre.

Item Comiti Clevenfi, ut veniat, vel filium suum mittat.

Item Comiti de Hennenberch ut veniat, vel filium suum mittat.

Item Comiti Tirolenfi, ut veniat.

Item Comiti de Gorze.

Item Marchioni Moravie.

Regi Boemie fratri ejusdem Marchionis, ut det ei subsidium  
in Militibus.

---

---